



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 75. Carolinæ Cypri Reginæ obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

soedere utrinque inito , eidem magnis Sæcul. XV.
 muneribus aucto abeundi veniam conces- A C. 1487.
 fit, simul vero Joannem Episcopum Va-
 radinensem ad prædictum soedus firman-
 dum , velut amicitiae testem in Gallias
 ad Carolum legavit. Hic idem Episco-
 pus in mandatis quoque habuit, ut Du-
 quis Mediolanensis sororem Joanni Corvi-
 no Matthiæ , qui nullos legitimos habe-
 bat liberos , spurio filio desponsaret, ac
 pariter Zizimum Bajazetis Turcarum Im-
 peratoris Fratrem a Galliarum Rege im-
 petraret, ut sub illius nomine Matthias
 Turcam graviori, quam antea bello, me-
 tuque afficeret. Verum in hoc Gallia-
 rum Rex Matthiæ votis cedere haud po- *Falignii*
 terat, eoquod jamjam Zizimum Pontifi- *hist. Carol.*
 ci promisisset. Ceterum rara erat hujus
 Legati magnificentia ; quippe trecentos
 imprimis ducebat ejusdem coloris ac ma-
 gnitudinis equos , quibus totidem ju-
 venes ex universis Nobilium ordinibus
 delecti, & toga, purpureoque habitu in-
 signes, vehebantur. Istorum capita gem-
 matis fertis obducta . ac colla pretiosis
 torquibus ornata superbiebant.

§. LXXV.

Carolinae Cypri Reginæ obitus.

Hoc anno Carolina Cypri Regina , cuius *An. Sylv.*
 Parentes erant Joannes III. ejusdem *Asia cap. 97.*

Z 3

nomi-

Sæcul. XV
A C 1487

& Comm. lib.
7 Lusin.
hist. Cypri.

nominis Rex, & Helena Palæologa Theodori Moreæ Despotis Filia, Romæ die decima sexta Julii ex Paralyfi diem supremum clausit. Hæc variis adversantibus fortunæ casibus jactata, a Jacobo Spuffio fratre suo regno exuebatur, hinc primum in Sabaudiam, postea Romanam secessit, ubi præsente summo Pontifice ac Cardinalibus quam plurimis omnes suas ditiones Carolo Sabaudiæ Duci dono reliquit.

§. LXXVI.

Greorgii Trapezuntini extrema.

Paul. Nov. Ad hunc, aut certe ad priorem annum
in elog. c. 25. revocandus est Gregorii Trapezuntini
Vessius de hist. lat. l. 3^o e. 8. Viri inter Græcos scientia longe præstantissimi obitus. Vivis erectum planxit Roma, quo ante captam Constantinopolis urbem, sedente Eugenio IV. Pontifice sese repererat, ac pluribus annis Rheticam & Philosophiam docuerat. Nicolao V. Pontifici ab epistolis erat, pluresque libros latino sermone elucubrabat; plures vero græce conscriptos latine reddebat, ac denique posteritati relinquebat Epistolam ad Joannem Paleologum, qua eum, ut Basileam quantocius veniret, adhortatus est; scripsit etiam duos Tractatus de processione Spiritus sancti adversus Græcorum sententiam: hos libros Leo Allatius in primo Tomo suæ

Græ-